

men amicitis (nulla tutelarum mentio) cum filiis Ludovici Regis Franciæ Occidæ & secutâ divisione Regni Franciæ illius, eaque sine auctoritate Ludovici Germanici, sed *sicut Fideles illorum fratrum invenerunt.*

2. rati

§. V. Atque movetur & hoc: si Regi Galliæ hoc carmen fuisset dicatum, non in lingua Teutonica, sed Provinciali fuisset compositum, hæc enim tum viguit in aula Franciæ Occidæ, uti vel ex formulis foederis & pacti divisorii inter Ludovicum I. & Carolum Calvum patet. Et confer si placet *Morbovium P. 2. de Ling. German. c. 1.* Facit quod habet Jac. Regio villanus *Chron. Lat. MS. fol. 67.* de Rege Dagoberto jamtum loquens: *Illi (venatores Regis Novientum spoliantes) ut Gallorum mos est, Theutonicam linguam subsannantes, cum derisione eos (Monachos Teutonicos) de conspectu suo abegerunt, at illi Ecclesiam suam ingressi repulsam suam Domino & B. Petro commendabant.* Denique Flandriam, in quâ Scaldis fluvius & hoc prælium patratum sit, jam tum sub Carolo Calvo à regno Franciæ Occid. recessisse auctor est Mart. Polonus & idem Regio villanus in *Chron. German. c. 2. §. 149.*

Resp.

§. VI. At verò linguam Germanicam in Galliis illo ævo haud neglectam fuisse, testis est Servatus Lupus, Abbas Ferrariensis Epist. XCI. quâ ad Marcvardum Abbatem Prumiensem scribit: *Filium Guagonis nepotem meum, vestrumque propinquum, & cum eo duos alios puerulos nobiles, & quandoque, si DEUS vult, nostro monasterio suo servitio profuturos, propter GERMANICAE linguae nanciscendam scientiam vestra Sanctitati mittere cupio. qui tres duobus tantum modo pedagogis contenti*